H.M.H.S.P.M.C.

CHYMIA CVRIOSA

VARIIS,

NON SOLUM

EX REGNO VEGETABILI,

SED ETIAM

EX MINERALI

ET

ANIMALI,

EXPERIMENTIS

ADORNATA.

Seneca Epist. 123.

Tenenda nobis via est, quam natura præscripsit, nec
illa declinandum. Illam sequentibus omnia facilia,
expedita sunt: contra illam nitentibus non alia vita est,
quam contra aquam remigantibus.

LONDINI,

impensis HENRICI GELLORDS,

ET

CHRISTIANI WALLICH,

ANNO M DC LXXXVII.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

I. N. J.

Caput Primum.

De Laude Chymiæ

§.

Inter cęteras artes, qvas in communem ſalutem divina humano generi conceſſere conſilia, *chymiam* nobilitatis radiis micare, veritatisſplendore ſcintillare, certisqve fundamentisniti, uno ore conſtantiqve teſtimonio affirmant philoſophi, omniqve exceptionemajores ſummi monarchæ, viriqve plurimi integerrimi: & qvidem illi, diverſiſſima, diſtantiſſimaqve incoluerunt loca: diverſis etiam vixerunt temporibus, itaut à ſe invicem illum errorem (ſic enim vocant miſochymici) diſcere potuiſſe non videantur: unde apparet, conſenſum illum tam latè patentem non unius urbis, ſed orbis, aliud nihil, qvam evidentiſſimam infallibilemqve veritatem continere.

§. 2. Præterea hæc ars, æqve ac aliæ Chymis

à DEO artes & scientiæ laudatæ à Deo originem deducit suam, qvod Hermes maximus ille philosophus testatur, qvando in hæc verba erumpit. Artem hanc & scientiam solius Dei vivi inspiratione habui, qvi mihi famulo suo pandere dignatus est.

Veri chymici §. 3. Chymistas eos voco, qvi vi ignis corpora heterogenea solvere, homogenea coagulare norunt, philosophiæ naturalis in mediam hominum vitam deducti non unius generis coloni. Qvem admodum enim vulcanus tripodas divinos suapte sponte mobiles Diis apud Homerum, *Jovi* item fulmen, *Apollini & cupidini* arcum & sagittas fabrefecit, sed & Diis ipsis pocula miscet, ex ipsius certe jovis cerebro minervam sapientiæ DEAM qvàm elegantissimè elicit, hominibus insuper pandoram illam venustissimam simul & pernicioſissimam superum jussu confecit: Sic qvoqve per omnes humanas actiones vulcania ars, qvæ ignis beneficio naturalem actionem æmulatur, in qvibusdam etiam superat, longè lateqve diffunditur. Qvæ ut respectu subjecti in lapidariam metallicam, vegetabilem & animalem dividi qvæat: respectu finis, cujus causa suspicitur, & metallariorum, & aurifabrorum & vitrariorum, inprimis verò medicorum non honoraria tantum, sed etiam vicaria pediſſe-

diſſeqva eſſe videatur, eoqve nomine ad
as atqve alias mechanicorum opificum
aſſes referri poſſit atqve debeat.

§. 4. At hîc tamen inſtrumenti i-
ius, ignis videlicet, reſpectu, inter i-
niarias artes merito collocabitur propter
echanicam ipſam tractationem, qvæ a-
qvin, ſi theoriam ſpectes, non modo
ter theoricas, verum etiam Acroamati-
s & epopticas referri mereatur, philoſo-
niæ naturalis occultæ magiſtra ſimul &
ſcipula, majeſtatem ſuam venerando,
dmirationis arcanorum ſilentio tueri ſo-
ta: ut qvi hanc, præterqvam in iis, qvo-
m evulgatio plus commodi, qvàm in-
ommodi mortalibus affert, prophanare
ſtituunt, ſacrilegii nomine jure poſtu-
ri qveant.

§. 5. Hinc ἀπὸ τῶν χυμῶν chymiam
ppellarunt pleriqve, ſed recentiores: Sui-
as & Cedrenus χημείαν in certa notatio-
e. An fortè cum Plutarchus in Oſiride,
gyptum ſacra lingva à Sacerdotibus
emiam vocari ſcribat, veriſimile videa-
r artem iſtam jam inde ab Hermete Tris-
egiſto Sacerdotibus ægyptiis familia-
m, ad perpetuam ortus ſui memoriam,
emiæ qvaſi ægyptiæ nomen traxiſſe,
vam poſtea Arabes ab Ægyptiis ſuſcep-
m excoluerunt, & una cum Philoſophia

græcanica ſenſim europæo orbi commun
carunt, articulo, lingvæ ſuæ familiari, a
ctiorem Alchemiam appellantes

§. 6. Theophraſtus paracelſ
Vir in hoc genere ad miraculum usqve
excellens ſpagiricam artem nuncupavit
non in epta fortaſſis derivatione, qvand
qvidem ἐν τῳ σῶαν καὶ ἀγείρειν, in extr
hendo ſive ſeparando, & congregando
ve coagulando tota occupatur: Eam
cum alii nimio ſtudio Solam philoſophi
appellatione dignandam cenſeant, ade
qve ſuperbo titulo ſeſe eximiè philoſ
phos vocari velit: alii econtrà inconſul
ſectæ odio arcanis naturæ ſcrutatoribu
vix inter lixas & cini flones & carbonari
locum concedant, qvid de ea Gul Arag
ſius in omni philoſophiæ ac medicin
genere verſatiſſimus, tanqvam Plato fut
rus inſtar omnium, ſtatuat audiamus.

§. 7. Mechanicus propriè dicit
opifex eorum operum, qvæ manu & ing
nio ſimul fiunt. Nam in omni artis m
chanicæ opere motus principium ab ar
ficis ingenio deſumitur. Manus vero ſ
per materiam motum continuans, fo
mam ê potentia in actum (ingenio ſemp
duce) elicit ac ſola per ſe, inſtrumento co
venienti adjuta, opus ipſum perficit
qvo opere artifex non conſiderat cauſa
ſe

ed habet uſum exercitatum pro notione auſarum. Atqve is abſolutè mechanicus appellatur.

§. 8. Chymicus verò bifariè conſideratur; Eſt enim una pars Chymiæ naturalis, altera verò ſupernaturalis. Ea væ naturalis eſt, habet motus principium natura, & ideo eſt eſſentialis in natura. Artificis verò manus, naturalis non eſt, ec per ſe, ſed per accidens naturam juat: materiam ita diſponens, ut opus ipum natura citius, facilius ac perfectius d finem deducat. Qvod qvidem opus ltra limites naturæ, qvæ eſt rei perfectio, educi & extendi non poteſt. Unde paet, qvod hæc pars chymiæ eſt naturalis & er ſe: ſed qva parte juvatur ab artificis anu, eſt per accidens mæchanica: ex parverò ingenii ratiocinnantis eſt phyſica. rgo non mæchanica.

§. 9. Jam qvod alteram chymiæ parem ſpectat, qvæ ſupernaturalis, habet illa not⁹ principium à Cœlo, in materia tamen hyſica & naturali prædicta, gravida facta virtute cœleſti: qvam eſſentiam qvinam appellant. Hanc materiam dum artifex phyſicus rectè & ordine ſuo ingenio manu diſponit, cœleſtis hæc virtus eam ſuam naturam convertit: Eiqve tam vim præbet, ut reliqva, qvæ ſunt ſui ge- Qvinta Eſſentia.

neris aut ſpeciei in ſuam naturam tran
mutet. Hæc igitur qvatenus cœleſtis e
exparte agente,& ex materia in cœlum m
tata,eſt ſupernaturalis & metaphyſica: q
vero parte phyſici artificis ingenium op
ratur per cauſas notas,eſt naturalis. M
nus autem operatio,qvæ à motu ſupra n
turam ſumitur divina potius qvam hum
na,artis mechanicæ umbram ſolum mod
oſtendit. Ex prædictis patet, in qvo g
nere vulgares chymiſtæ collocari debean

§. 10. Nam dum principia & cauſ
notas non habeant,nec ex certa arte in
bus præparandis uſu, ſed per medicame
ta ſuffragia opinionem, ignium & inſtr
mentorum tempus & carbones abſ
munt,tantum abeſt,ut chymiſtæ, phyſi
aut metaphyſici dici poſſint, ut ne mech
nici qvidem nomine facile mereantur
Qvi vero in oleis,& reliqvis partibus ſi
plicium extrahendis ingenio & manu
ta exercitati ſunt, ut ex rerum præpara
darum uſu artem recte teneant, ii rever
ſunt mechanici,dum manu & ingenio
mul operantur. Dum autem medica
artem exercent, empyricorum nomen h
bent. Qvi verò talia ad cauſas & princip
naturalia reducere conantur, ex inger
qvidem in natura ratiocinante,phyſici p
ſe,ex manus verò operatione, mechan
per accidens propriè dici debent. Hæc il

§. 11.

§. 11. Ut nonnulla addam; qvod il-
c de patre familias Plautus affirmavit, in
na esse unum Dominum servum domo,
l de arte ista pronunciare possum, in una
sse unam servam chemiam domo. Nam
ræter id qvod metallaris, fabris omnis ge-
eris, fullonibus, coqvis, & medicis po-
issimum inservit, sive subjecti, sive finis
espectu consideretur, catholica qvædam
enseri poterit Etenim qvo ad subje-
tum, circa elementa occupatur: Ignem
egetando, aqvam eliciendo, lapides con-
ando, uniones, gemmas ad naturæ imita-
onem effingendo: metalla depurando,
egregando perficiendo: stirpes produ-
endo, transformando, animalia generan-
o, fœcundando medendo. Qvoad finem
ero, siqvidem rem affectam spectes, sic vi-
um, salem, saponem, succum pingvem,
lutinosum, liqvidum gelidum, ignem, a-
rem producit: sin usum sic θρεπτικὴ est
θεραπευτικὴ, cum vel alimentum vel
edicamentum, qvo subtilius eo efficacius, tàm animatis qvàm inanimatis corporibus, suggerere & accommodare studeat.

Caput Secundum.

De secretioribus Medicamentorum præparationibus & usu.

§. 1.

QVicqvid sagax & inimitabilis natura, ad mortalium calamitates propulsandas, sanitatemqve in suo robore stabiliendam excogitavit unqvam id è triplici penu eruendum optimo censuit: *Vegetabili* nimirum *Animali* & *Mineral*i, nec ipsi satis fuit, tantam plantarum copiam adinvenisse, qvæ nostris superandis morbis sufficerent, ni animalia simul & mineralia in usum advocarentur.

§. 2. Unde haud exigua suspicionum morbi pariter ê triplici illo penu depromerentur? Vegetabilium atqve animalium qvotidiano usu humana corpora manifeste alterari, nemo est qvi ambiget, qvandoqvidem hæc duo in nostri alimoniam cedant. mineralibus non ideo aperte sed occulto qvodam modo vescimur verum cæteris eduliis naturæ industria cum his admixtis, uti vini exemplo liqvido constat, qvod in suo tartaro naturam qvandam metallicam ê terræ visceribus haustam continet.

§. 3. Mi

§: 3. Mitto aqvam, qvâ qvotidie u-mur, varia ſalium & mineralium genera ſe coercere. Qva de re horum trium turam, vires & facultates jam dudum templati, præcipuas & qvas potiſſimum medicina factitanda uſurpamùs, ſeligeatqve commodo publico tradere cupites, præfatum naturæ ordinem ſeqvi, timum duxi.

CAPUT TERTIUM.

De medicamentorum præſtantia, ſubjecto, & officio chymicè præparatorum.

§. 1.

EA medicinæ pars, qvæ medicamentorum præparationem docet, olim unicam, nunc verò duplicem anoſcimus; antiqvam (pharmaciam) & ecentem licet antiqviſſimam, qvæ (Spayrica & Chymica dicitur. Si ad hanc leitimi ejus uſus cognitio accedat, verè hyſica dicetur, omnium ſcientiarum noiliſſima, utiliſſima & præſtantiſſima, cuus finis & intentio ad ſanitatem perpetuò irigitur, ſibiqve pro ſubjecto vendicat em omnem ad humani generis commodum primitus comparatam. Hujus par-

tis tanta est dignitas, & præstantia, ut
sit, qvod tam derepente medicum exorn
nobiliter, & clarum, famosumqve redda

§. 2. Hæc firmissima naturæ cla
stra referat, corpora in sua elementa, &
lementa in sua principia resolvit. Qvi
claruerunt olim, apud Indos *gymnophi*
apud Persas *Magi*, apud Gallos *Druidæ*,
cabantur. Ei qvandoqvidem virtutu
omnium terrestrium, cœlestium, anim
lium, vegetabilium, & mineralium clav
concredatur. In ea non modo rerume
sentiæ perpenduntùr, verum & in luce
conspectumqve hominum adducuntu
purum ab impuro segregatur, cortex â n
cleo, contrarium à contrario, multa d
niqve miranda præstat, & multo major
qvam qvæ humanus intellectus excogit
re possit.

Caput Qvartum.
De Regno Vegetabili.

§. 1.

VEgetabilia ex qvibus prima
morbis accommodata remedia
ducimus, multiplicia sunt, l.
nim exotica, & ê distantissimis maris tr
ctibus allata: vel nostratia, sub cœlo, s
loqve nostro nata. Inter hæc sunt, herb
frut

utices, ſubfrutices, arbores & ſimilia, qvæ integra eorum partes ſumimus, l. radices, cortices, ligna, folia, flores, fructus, ſemina, ummi, reſinas. & alia; his aliqvando cum iis mixtis: nunc in formam decoctionis, lepi. ſyrupi, pulveris, confectionis electurii, opiatæ, pillularum & ſimilium, nunc n formam aqvæ, olei, ſalis, extracti, clyſmi agiſterii, &c. chymicè paratorum. Et via enchiridion eſt, pauca ſelectiora, qvius in curandis morbis utimur, deſcribe volo.

De Oleo Cinnamomi.

§. 2. Oleum cynamomi legitimè prę-arantum, inter efficaciſſima confortantia, pagyrica referri poteſt. Et licet ej⁹ præpandi modus cuivis in chymicis exercitato ſit obvius, hic tamen obiter monendum, romata deſtillanda in pulverem non eſſe edigenda, utqvidam præpoſtere facere ſolent, ſed tantũ in fruſta confrigenda, modicumq; contundenda, alioqvin dimidio minus tibi olei ſuppeditabunt, ut periculo facto aliqvoties noñulli ſunt experti. Hac via ajor olei copia haberi poteſt, qvàm vularibus deſtillationibus.

§. 3. Confractum ſelectiſſimum cyamomũ in retortã vitream inmittas, & in alneo vaporoſo deſtilles, tunc exit aqva & leum ſimul: illam aqvam recenti ligno affundo

funde & perge in deſtillatione, qvam continuaveris aliqvoties dicto modo, habebis magnam copiam aqvæ & olei, fæc in fundo omnino aridas ſubnigras & i ſipidas.

Vires & Uſus. §. 4. Omnia principalia membr corporis confortat, in primis ventriculu frigidum, cor & cerebrum, anhœlitusq fœtorem abigit, ejusmodi ſvavitatem i ducit. In univerſum balſamo naturali (f cuti etiam oleum Caryophyllorum) r ſpondet, intus putrefactionem arcet. E trinſecus omnia recentia vulnera ſeu ulc ra conſolidat. Tollit tuſſim frigidam & capitis dolorem. Provocat menſe partum promovet. In deliqviis animi e ſingulare medicamentum, ſicuti etiam croci eſſentia, per aqvam vitis extracta ſumma eſt medicina, ubi aliqvis qvaſi a deſperationem ê nimiâ triſtitiâ venit.

Doſis. Doſis 2. 3. 4. guttæ ê vino, aqva meliſſæ, l. al ſpecifica. Hâc viâ fere ex omnibus ar matibus olea elicere poteris longe efficac ora & ſubtiliori qvam vulgari via præpa

Obſ. rata: ê caryophyllis ſcilicet, nuce musca ta &c. Hæc olea ſi uſum medicum adh bere volueris, fiat hoc alvo aperta, & gra vidis ultra guttas duas l. tres non afferen da: uſus olei cynamomi convenientio hyeme, qvàm æſtate. vid. plura in diſſerta tion

one medica Johannis Theodorici Schen-
kii de cynamomo. p. 31. 32. 33. & seq Tin-
ctura qvoqve paratur ex cinnamomo
vam vide in Chymia medico physica Ja-
obi LE MORT. p. mihi 183. & seq.

De speciali Salium Vegetabilium præparatione.

§. 5. In unius cujusqve plantæ sale
onficiendo si herba virens sit, & succulen-
, prius aqvam ab ea abstrahe, eamqve se-
rsum serva, siccatam herbam in olla terrea
treata combure ad justam incinerationi-
em, cineribus in vase vitreo urinali, aut
mili affunde aqvæ supra dictæ qvantum
vatuor digitos superemineat, bulliant
arum, & colentur, relictis cineribus no-
am aqvam reaffunde, qvæ iterum bulliat,
coletur, tum istæ aqvæ sive lixivium u-
umqve filtra, & per alembicum omnem
umiditatem abstrahe, in fine parum hu-
iditatis relinqve, ne volatiles Spiritus e-
neſcant, qvod facilè per incuriam con-
ngere solet, propterea melius erit in fine
s instuffa collocare l. calido aëri exponere
, qvam subtiliorem partem perdere ob
miam & festinatam exsiccationem, sal ut
rior evadat cum extracta aqva dissol-
tur, filtro percoletur & deniq; exsiccetur.

§. 6. De

§. 6.

De qvinta Essentia Menthæ.

R. Menthæ ficcæ q.v.
conscindatur in minutas pa
tes, dein adde aqvæ commun
tepidæ qvantitatem S. Saccha
octavam partem respectu me
thæ.

Fermenti cereviſiæ cochleare unu
l. alterum, ut fermentationem ſuſcipiant
Fermentatione ceſſante poſt duas l. tre
circiter ſeptimanas, deſtilletur liqvor, ſi
prodit Spiritus unà cum oleo. Spiritu
hunc ab oleo ſeparatum rectifica ad ſum
mam uscꝫ puritatem, dein in cineres redu
magnam ſatis qvantitatem ſtipitum me
thæ, ut inde ſal elixiviari poſſit ſecundu
artem.

R. Salis hujus partes duas
Olei partem unam
Spiritus ſubtiliſſimi part. 5.

Digerantur ſimul in M. B. per qvatu
ordecim dies vel ulterius, donec omnia f
re unita ſint, liqvor hic poſtmodum uſ
reſervetur. Egregium eſt confortativu
ventriculi, vermes necat, flatus diſcuti
ſangvinis conglutinationem impedit. Do
ſis à gutta 1. ad guttas 10. 11. 12. Eodem
modo ex meliſſa lavendula, majorana
mnibu

nnibusqve aliis herbis aromaticis Q. E. ieri qveunt.

De Magisterio Herbarum.

§. 7. Accipe herbas easqve tusas ino ardenti, permisce, atqve per men- em putrefieri sinito, postmodum per- alneum maris destilla, destillatum ite- um reaffunde, sicqve tamdiu procedendum qvousqve tota qvantitas ardentis vi- i qvater succis herbarum minor sit. Hoc psum destilla per pelicanum novis cum- dditamentis uno mense, tandem separa-, qvo peracto magisterium habebis ma- riæ, vel herbæ qvam accepisti. Majus in xtractionibus istis latet artificium, qvam icitur aut intelligitur, qvamvis integer roceſſus hic demonstretur.

CAPUT QVINTUM.

De Mineralibus ac Metallis.

§. 1.

CUm *Præpotens rerum Conditor* totam hujus universi machinam cœlum & terram creavit, hominemq; IMAGINEM suam animâ rationali & mano corpore illius ergastulo condecovit, eodem etiam tempore terram variis immensis beneficiis ad vitæ humanæ sustenta-

ſtentationem neceſſariis accumulavit: ſyl
vas multiplici animantium genere & ſexu
mare & flumina reliqva piſcibus, Aërem
volatilibus, campos herbis, fruticibus ar
boribus & innumeris ornavit floribus, a
montium unà metallis ac mineralibus di
tavit, ut cœleſte animal Homo, in qvem
qvaſi omnia ſunt congeſta, qvæ *Numini*
Divini Majeſtas in res cæteras aliud alii tri
buens diſpertiit, Dominus illorum ſit,
qvibus partim ad corporis tutelam, partim
ad medicinam in caſu neceſſitatis uti pos
ſit. Ex qvibus naturæ conſulti, & ex his
medici, tria formarunt regna, vegetabile
minerale & animale.

§ 2. Mineralia ac metalla longis
paraſangis ſuperant medendo vegetabilia
& animalia. Sunt enim metalla ac mine
ralia ſpecula qvædam lucentia, qvæ vim
habent penetrandi & illuminandi Archæ
um à ſuis erroribus, furoribus & defecti
bus, qvod illum reſtituant in nitorem tinc
turâ totalis perfectionis. Et qvanqvam
hujusmodi mineralia non ſint cibalia, ve
de ſorte corporis humani, internam ta
men vim ſpeculi habent & maximè efficacem poteſtatem Archeo humano integro & ſedato contiguam, qvalis erat Archeus ante conceptam mentem, qvæ poſtmodum à recto ſui tramite alienata eſt. Has inſi

gnes

lotes â Deo Ter. Opt. Max. obtinent, ut
leniſſimè ac pertinaciter digeſtivæ reſiſtant,
e in alimentorum deflectant rempublicam
ti *Acutiſſimus Helmontius* loquitur, & ita ſer-
ent geniales ſui poteſtates liberas & infra-
tas.

De infuſionibus metallorum.

§. 3. Infuſio, qui & maceratio dici-
ur, ut perfacilis ac trita, ita paucis innote-
cit. Fit verò infuſio in aliquo liquore,
am non niſi ſicca, dura, aut ſimilia, quæ
liquo humore indigent, ad transmitten-
am ejus facultatem infunduntur, & hæc
el integra, vel trita, aut minutim conciſa,
aſa, ad id opportuna, non ſunt â vaſis de-
octionum diſſimilia. Tempus, quod id
t varium eſt, quod paſſim in decoctis, ex-
actis, diſtillationibus, & aliis operationi-
us obſervare licet.

§. 4. *Saturnus* calcinatus in aceto in-
uſus inflammationi cito ſuccurrit, oculorum
phthalmiæ medetur. *Jupiter* ſive ſtannum
alcinatum & in vino infuſum, mira præſtat
affectibus uterinis. *Martis* ſeu ferri cal-
inati infuſio in vino, mulieris obſtructio-
es reſerat, menſes movet, & lienis tumo-
es diſſolvit. *Solis ſive auri* infuſiones mira-
ilia præſtant in palpitatione cordis, ſyncope
animi deliquio &c. *Veneris* calcinatæ &
tæ, infuſio: in renum affectibus mirabiles

edit effectus, & extrinsecè oculorum vitiis omnibus succurrit. *Lunæ seu argenti* calcinati infusio, in aqua communi facta oculis pariter succurrit, multa & alia præstat de quibus in systhemate (Deo dante) chymiæ curiosæ plura.

De croci Martis Essentia.

§. 5. Recipe scoriam ferri coeruleam (Noribergæ ubi laminæ chalibeæ fiunt optima haberi potest) vitrescentem, rejectam in illis locis, ut & in aliis præprimis in fuecia, ubi minera ferri funditur: tere in pulverem subtilissimum, pone in vitro, affunde acetum vini destillatum acerrimum, stet in calore mediocri per 14. Dies & tingetur colore rubro, filtra & abstrahe in balneo, remanet materia rubra, â quâ tevel quater aqua pluvialis abstrahitur, ut sapor aceti evanescat: potest etiam prius in tigillo, in arena calida parum calcinari movendo, ut aceti acrimoniam amittat, & postea cum aqua edulcorari, si debite tractetur, sponte sese in cella postea pars in oleum supra marmor resolvit. Hæc croci essentia in medendo longè efficacior est quam vulgaris crocus martis reverberatione per se factus, immittendo baculum ferreum vel chalybium in fornacem vitrariam vel irrorando, laminas chalybeas aceto. S

poste

ostea easdem in reverberatorio ad rubedi-
em saltem ne nigrescat reverberando.

Vires ejus.

§. 7. Conducit insistendis mensibus, fluxionibus intempestivis, prodest quo-
ue albæ profluviei muliercularum, gonor-
eæ, Hæmorrhoidibus, dysenteriæ & di-
rhœæ, urinæ incontinentiæ; Hemorrha-
æ internæ & externæ: si ejus à scrupulo, drachmam semis cum succo cydoniorum
ndensato, seu conservæ rosarum drach-
s tribus assumatur aut vulneri sangvinem
ndenti aliquid inspergatur. In omnibus
oris & lienis obstructionibus deploratis:
d sumentes prius medicinis attenuantibus
alvum subducentibus purgatos esse opor-
. Lienosis datur ex aqua Asplenii, Adi-
ti, Tamarisci. In hepatis affectionibus,
aqua cychorii, agrimoniæ exhibetur, tunc
it Sangvinis sputum. In morbis dissolu-
, hydrope & aliis ubi consolidatione opus
ventriculum corroborat, & nauseam tol-
in conserva rosarum, l. vino generoso.
sis â gran 8. 10. 12. ad 15. in vino rubro.
a plantaginis. Bursæ pastoris, tormen-
e in conserva Symphyti.

DE ANTIMONIO NARCOTICO.

§. 8. Recipe antimonii ℔. 1. salis pe-
purgati tantundem, calcina igne circu-

 lari,

lari; in vase liquationis seu tigillo alto, gnem paulatim agendo per horas tres a quatuor. Deinde calcina iterum cum sa nitro, ac per aliquot horas da ignem fort simum, ut tigillus candeat. Antimoniu exime, contunde, solve in aquam, si de sa adsit aliquid, per philtrum abjiciatur, & a luatur. Remanentia exsiccetur, & reverb ra per aliquot horas, evadet lenissimus albissimus pulvis. Dosis â gr. 3. usque 9. in febribus tertianis & quartanis. D Antimonio vide plura apud Johannem G serum in tractatu quem teutonicè vocamu Chymischer Wegweiser.

Essentia sive TINCTURA *Stimmeos.*

§. 9. Crudum antimonium in subti simum Alcool translatum obliquo liquato injice, primo inobturatum in supremo rev beration is gradu stet in reverberio evapora dum, deinde sigilletur, & lento igne rever retur; cavendum tamen ne fluat: Evapora venenoso sulphure & humiditate sua discu cum in cinericeum pulverem abierit, tunc m dius ignis gradus admovendus octo aut cem diebus continuis. Demum supremè a tetur in ignibus tamdiu quousque Antim nium purpurei pulveris formam obtine Hujus recipe reverberati Antimonii ℥ij. aq vitæ circulatæ ut sex digitos excedat. Dige

in circulatorio bene obturato per dies XII. balneo tandem deſtillando ſeparetur, tunc lor in aquam vitæ commigrabit, quæ vera eſſentia Antimonii. Pulvis emortuus in ndo ſubſidet: doſis 31. quando plus miſve.

VIRES hujus Eſſentiæ.

§. 10. Uſus eſt guttarum III. cum viquantum ſatis, febrisque quartanæ & onium febrium genus iis curatur. *Hydro-* fugat, exhibendo manè 2. vel 3. ad mmum quatuor guttas cum vino albo. ovet ſedes ternis vel quaternis vicibus, petrando interius univerſum corpus: Onia membra duarum l. ſeſqui horæ ſpatio ſa & omnino languida reddit, ſed vel ſtan recuperatis viribus confortat iterum. terius tumore ex improviſo diſcuſſo & reuto per ſudorem vel urinam liberat. per phoriſmum tumorem hydropicum diſcu- In provocandis menſtruis mirabile eſt, & in ictero, colicaque. Pueris duorum, um, vel quatuor annorum feliciter adhitur. Item in quartana & tertiana febre iciſſimè utitur. In morbo gallico eſt ſinlare. Scrophulæ, integram faciem occuntes hac tinctura aufferuntur.

ARCANUM QVINTÆ ESSENTIÆ.

§. 11. Sulphuris ℥ſ. ſumito, Spiritus

vini ℥xx. circulato ad ſolem per menſe
poſtea per alembicum agito. Huic mix
ræ ita compoſitæ rurſum addito ſulph
℥ſ. optimè clauſa macerato, & deinceps
antè, per alembicum pellito; ℥ij. ad ſu
mum gradum volatilis evehi poſſunt.
his autem floribus exiſtit mumia terræ,
balſamum ejusmodi, quod nec vivum c
pus ullum nec mortuum in putrilagine
commigrare ſinit, ſed id adeo tuetur in
grum, ut neque cæleſtis ulla impreſſio,
que ab elementis profecta corruptio, vel
ipſo ortu jam inducta, ei nocere poſſit.
que hac de cauſa cæteras *nonnullorum* tinc
ras ſuperat Balſamum ſulphuris. Doſis
jus gutt. 5. è vino veteri albo. At ſi exc
lentius efficere velis, florum alborum
phuris ſumito gr. 1. Stymmeos ℥j olei
ri ℥ſ. ſpiritus vini ℥v. macerato per menſe
& congelato in maſſam duriusculam, cuj
doſis eſt 35.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS.

§. 12. Recipe mercurii benè purific
ti libram ſemis, cui affundatur lib. Olei Su
phuris per campanam facti & rectificat
Compoſitum per duos dies in arena dig
ratur, poſtea per retortam vitream tuto m
nitam paulatim deſtilla, liquorem egreſſu
iterum affunde, & hoc tertio reitera. Qua

ta v

a vice poteſt adhuc ſemel aliquid de recen-
i ſulphuris oleo affundi, & circa finem au-
to igne, inrer deſtillandum ita abſtrahi,
t retorta candeſcat, ſic in ipſa deſtillatio-
e præcipitatur *Mercurius* in maſſam albam:
oſtea fracta retorta exime illam, ac ſupra
armor tere, & aqua calida pluviali deſtil-
ta ſalſedinem diligenter ablue in vitro o-
s ampli: agitetur probè, & per horas qua-
or ſemper aquâ prius ſubſideat, antequam
fundatur: edulcorationem toties reitera-
is, quousque nullam Salſedinem in affu-
aquâ amplius deprehendes, & mercuri-
m remanentem videas verſum in pulve-
m flaviſſimum, quem poſtea prius exſic-
tum, phialæ oblongo collo bombyce clau-
ndæ impones, & in ignem arenæ vehe-
entiſſimum per octo dies digerendum
llocabis, ſi fortè adhuc aliquid de mercu-
non ſatis præcipitato immixtum eſſet,
ud ſponte ſublimabit ſe in vitri collum,
od poſtea ferreo circulo candente franges,
ſuperiorem partem in quâ crudus Mer-
rius affixus hæret, cautè & leniter aufe-
s, maſſam verò in fundo reſtantem exi-
as, & ter ſpiritum vini deſuper incendas
poſtea ad ſuos uſus reponas: tunc ſecu'
datur intra corpus. *Obſervationes* (1.) ſi-
um veri præcipitati eſt, ſi cum auro for-
er teratur, nec aurum inde dealbetur, ſi-
i ex contractu Mercurii fieri conſuevit.

(2.) Non eſt neceſsè ut ſit omnino fixu
ea enim ratione, amitteret vim ſuam pu
gandi. (3.) Nullus eſt præcipitatus qui no
poſſit reduci, ſi fixus planè eſſet, non po
ſet in corpus humanum operari, ratione cr
ditatis ſuas operationes perficit.

VIRES.

Mercurius eſt naturæ Balſamus, in qu
eſt virtus in carnativa, quæ mirabiliter r
novat & clarificat ab omnibus impurita
bus corpus microcoſmicum, lue venera i
fectum: ubi enim tota maſſa ſanguinea i
univerſo venarum ambitu corrupta eſt,
referta multorum morborum Seminariis, tu
hæc metallica, vi ignis attenuata, eam p
netrandi vim acquirunt, ut habitum toti
corporis permeent. (α) Remedium eſt co
tra infirmitates cauſatas ex humorum putr
dine, & in morbis deploratis vix experim
aliquid utilius. (β) Educit omnes vitioſ
humores, & cerebri defluxiones. (γ) pu
ficat ſanguinem in venis, & medullam
oſſibus (δ) In hydrope eſt remedium appr
priatum, habet enim vim expellendi (ε)
podagra exhibetur cum pilulis ruffi & ol
mellis (ζ) Catholicon eſt in expurganda l
venerea, hujus enim *horrendæ luis* ſolus *p*
τομος dici meretur radicitus enim tollit
mnia ulcera venerea. (η) In *Jctero* nil pr
ſtantius.

D

DOSIS & USUS.

A Gran. 3. 4. 5. ad 6. in corporibus præ. rtim robuſtis. Offertur cum pilulis appro- riatis. In doloribus capitis cum pilulis co- niis. In doloribus brachiorum cum pil. de ermodactyl. vel miſcetur extractis purgan- bus. In ſucco liquiritiæ melius operatur uam in theriaca, offertur etiam in con- rva roſarum, aut in Saccharo roſaceo, l deglutiatur in pane hoſtiario, ſuperbiben- o tantillum vini.

VITRIOLUM ALBUM VOMITIVUM.

§. Vitriolum album ſolve in aqua plu- ali, & evapora, donec quaſi cruſtra appa- at, poſtea per quatuor dies in loco frigido nas, & tunc concreſcent cryſtalli quos imes, & aquam iterum evaporabis ut antea. ic labor penitus tertio reiteretur coagulan- : Ultimo ter eodem modo procedatur cum ua roſarum. Cryſtalli tandem ſupra calo- m levem ſiccentur, & ſpontè rediganturin lverem album. Hoc lene eſt vomitivum cerebrum benignè expurgat.

USUS & DOSIS.

In febribus, Lumbricis, omnis generis firmitatibus ventriculi, defluxionibus ſalſis drachma una in cereviſiæ hauſtu exhibe- . In doloribus dorſi drachma ſemis in vino cali-

calido. Vulnerum recentium curam prom
vet: Operatur hoc medicamentum varie, p
vomitum, sedes, interdum etiam sudores
somnum facit.

Cap. VI.

DE

REGNO ANIMALI.

§.

REgnum Animale est pars chymiæ qu
medicamenta ex animalibus desump
recenset. Animalia puta, tam viv
quam interempta; de utrisque commone
hic expedit, eligenda esse, quæ extra dispo
tionem morbosam, & hinc detrimento sa
constituta sunt. Itaque si ex vivis expeti
provideas, sana ea sint: sin ex interempti
interempta adhibeas illa morte violentâ e
trinsecus accedente. Etenim expetitur med
camentalis cujusque rei substantia, eaque a
medicationem apta, adeoque facultatib
morbosis destituta, salubribus tinct
ris delibata. Hæc imprimis pars rei spirituo
est, in naturali scilicet dispositione constitut
facultatibusque peregrinis orba.

§. 2. Nimirum hæc, ut morte natu
li paulatim senescens consumitur, curricul
que suo destinato perfuncta, in principia si
resolvitur: ita eadem ipsa, si flamma vita
vi

olenter extinguatur, ſuperſtes aliquamdiu onet, nec â corpore ſeparetur, donec hujus ſſolutione & ipſa diſſolvatur. Etquidem taſ ferè illa ſuperſtes ſuppetit, qualis erat, dum amma illa extinguebatur, id eſt ſalubribus, ſalubribusve tincturis imbuta. Hinc itaue non rarò miræ cadaverum facultates eluent, veluti præ reliquis eſt vis illa formatrix, on modo ê cineribus vegetabilium ſuſcitabis, ſed & in animalium quorundam cineribus emonſtrabilis. vid. Vigenar. Gallum, in actu gallico de igne & ſale p. 262.

De Aquis Animalium in genere.

§. 3. Animalium ut ſtyrpium aquas præparare uſuique medico reponere moris t. Itaque aquas animalium, l. integrorum, eorum partium, variis modis, variisque inumentis elicimus. Quasdam putrefactione bſtantiarum ſegregatione, hæterogeneam videlicet, quibus conſtat, præmiſſa, quasam nulla, ſed eas ab integris ſeparamus. onnullas balneo vaporoſa, atque calore quæ tepidæ. Quasdam igne cinerum, arę, igneque ipſo aperto. Quædam ſine alteus mixtione, ſeu ex ſolis animalibus, aut rum partibus, quædam vero cum mixtione terius, vel alicujus additione aquæ commous educuntur, & vires & facultates augenr & nobilitantur.

De

De Aqua Cancrorum fluviatilium: Vermium Terreſtrium.

§. 3. Aquæ cancrorum fluviatilium per balneum mariæ vel etiam calore cinerum excipiuntur integri ſumuntur, iique bene lo urinali vitreo induntur, cum pileo roſtrato ſine additione alterius liquoris, ejusmo aqua, uſus eſt mirabilis in flammationibu ſedandis, urinam pellit, rabidorum canu morſibus ſuccurit, vulneribus pectoris cont nuò ſumpta mirificè opitulatur, ſitim extin guit, & renum calculum comminuit. Aqu vermium terreſtrium eodem plane modo fi ipſis prius vino albo probè á terreſtri materi lotis, & repurgatis, hæc aqua phthyſicis au xiliatur, ſanguinem ſiſtit, menſes provoca obſtructiones reſerat, vermes puero- rum enecat, intrinſecis vulneribus confert & alia præſtat.

FINIS.